

pos, vrsos, neq; ex insidiis agit, sed hostem coram adoritur. Parcere solet deuictis & prostatis, sicut dicitur,

Parcere prostratis scit nobilis ira Leonis.

Nec est somnolentus, sed parum dormit, idq; oculis apertis. Sic reges & gubernatores heroicis animis decet ut sint fortes & strenui ad tuendam Rempublicam, & adeunda pro lege & pro grege pericula: Ut tantur sua potentia ad defensionem bonorum, repressionem malorum: Sunt ingenui, virtutis & iustitiae amantes, detestentur mendacium & fraudes: Non sunt saevi & crudeles, sed mites & placabiles, memores *parcere subiectis & debellare superbos*. Deniq; non sunt ocio, luxui aut voluptatibus dediti, sed pro republica vigilant. Haec causa maioribus fuit, cur plerique Leones insignibus suis inscriberent.

Christi persona & regnum.

SECUNDО de familia, persona & regno Messiae, praesertim de eius in carnem aduentu oraculum hoc vetustissimum nos docet & confirmat. Prædictur enim Messias filius Iudæ nasciturus ex tribu Iuda, secundum carnem, simul & Dei filius futurus secundum spiritum, iuxta declarationem sequentium Prophetarum & Apostolorum. Erit enim *Emmanuel Deus nobiscum: Deus fortis: cuius egressus à seculo: Verbum caro factum: Deus in carne manifestatus*. Regnum habiturus non mundanum sed spirituale: non inter Iudeos tantum, sed in aggregacione populorum. Venturus autem tunc prædictus, cum sceptrum à Iuda, & legislator de pedibus eius recesserit. Hinc demonstratione inuita contra Iudeos conficitur 1. tempus aduentus Messiae iam abiisse, & Messiam venisse. 2. Messiam hunc esse Iesum Mariæ filium, & frustra alium expectari.

PRIMA DEMONSTRATIO. Messias prædictus tunc debuit venire, quando & regia dignitas & summa potestas à tribu Iuda erat auferenda, vel recens ablata: Connestitur enim hoc oraculo

A Messiae aduentus & potestatis Iudaicæ amissio adeo, vt unum sit futurum alterius euidentissimum *χριτής οὐ*: vt prius dixi. At regia dignitas & reliqua potestas à tribu Iuda iam olim recessit. Sceptrum Iuda amisit in Zidkia post annos ab hoc oraculo 1100. Potestatem Ducalem & *νομοθετικόν* continuavit à captiuitate usque ad Christum neq; diuinus. Fuerunt enim duces è tribu Iuda à Zerubabele usque ad Principatum Assamonaëorum per annos 270. Principa-

B tus Assamonaëorum continuatus usque ad Christum natum per annos 168. Assamonaëi quidem erant ex tribu Levi stirpe paterna: Materna vero ex tribu Iuda. Sic mansit aliquo modo legislator in tribu Iuda etiā per Assamonaëos. Sed materna stirps non venit in cœsum sceptri aut legislatoris. Mansit igitur alia etiam ratione. A reditu enim ex Babylone triplex ordo Senatorius institutus erat ex posteris Dauidis. Primum iudicium erat *triumvirale*, cui præerant tres primatii iudices ac dicebantur Synedrium minus: Alterum constabat viginti tribus iudicibus, quod concilium viginti trium & Synedrium paruum dicebatur: Tertium erat summus Senatus constans septuaginta duobus senioribus: quorum erat summa potestas, & dicebatur Sanhedrim sine *Synedriu Mагnum*. Manserat hoc Synedrium etiam in principatu & regno Machabæorum in familia Dauidis usque ad Herodes M. eiusq; summam fuisse potestatem ex

D eo facile intelligitur, quod ipse Herodes de tyrannide accusatus, coactus fuit senatui huic se sistere, vixq; capitis periculum evasit. Sed non multo post virtus contumeliam ac stabiliturus sibi tyrannidem Sanhedrim uniuersum una cum rege Hircano trucidauit, teste Iosepho L. 14. Antiq. c. 18. Fuit hoc anno regni eius 30. quo anno CHRISTVS ex virginie natus est. Sic non modo sceptrum Iudæ iam olim amissum fuit, sed etiā potestas

Herodes
sunt syn-
driu mагnum.
nomo-